

**Disputatio medica inauguralis, de catarrho ... / eruditorum examini subjicit  
Jacobus Cassels.**

**Contributors**

Cassels, Jamie.  
Royal College of Surgeons of England

**Publication/Creation**

Edinburgi : Apud Alex. Smellie, 1797.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/mvzcycyq>

**Provider**

Royal College of Surgeons

**License and attribution**


This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>





DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

D E

C A T A R R H O.



ОГЛАВЛЕНИЕ

ПОСЛАНИЕ КЪ ОТАПЛЯЩЕМУ

СИЛЮСИИ

СОЯЖА

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

D E

CATARHO;

Q U A M,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti:

N E C N O N

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,

Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

JACOBUS CASSELS,

SCOTUS.

Ad diem 12. Sept. hora locoque solitis.



EDINBURGI:

CUM PRIVILEGIO,

APUD ALEX. SMELLIE.

140-675. PINTURA  
1874-1875

GUALTERO GIBSON

DE MUIRSIDE

*ARMIGERO,*

SOCIET. CHIRURG. REG. EDIN.

SOCIO;

NECNON

THOMAE ANDERSON

CHIRURGIAM

AD LETHAM

FACIENTI,

SOCIET. CHIRURG. REG. EDIN.

SOCIO;

HANC DISPUTATIONEM

SUMMA OBSERVANTIA

D. D. C<sup>QUE</sup>

JACOBUS CASSELS.

САЛАМОЗА ГЛАВА  
ДИПУТАЦИЯ ОГРАНІЧЕНА

ІМПЕРІАЛЬСЬКА  
ІНДУСТРІАЛІСТІВ  
СОЦІАЛЬНО-ІНДУСТРІАЛЬНОЇ  
ДІЛІГЕНЦІЇ

ДІЛІ

САЛАМОЗА  
ДИПУТАЦІЯ ОГРАНІЧЕНА

ІМПЕРІАЛЬСЬКА  
ІНДУСТРІАЛІСТІВ  
СОЦІАЛЬНО-ІНДУСТРІАЛЬНОЇ  
ДІЛІГЕНЦІЇ

САЛАМОЗА  
ДИПУТАЦІЯ ОГРАНІЧЕНА

ІМПЕРІАЛЬСЬКА  
ІНДУСТРІАЛІСТІВ  
СОЦІАЛЬНО-ІНДУСТРІАЛЬНОЇ  
ДІЛІГЕНЦІЇ

# DISPUTATIO MEDICA

## INAUGURALIS,

DE

## CATARRHO.

### SPECIES.

§ I. *CATARRHI*, quem, ipsorum lingua, LATINI distillationem appellant, species duae sunt: quarum altera ex frigore oritur; altera, ex tabo pestilente. Sed de illa tantum disputare, nobis in animo est.

II. Distillatio, quam frigus concitat, interdum febrem habet, et paucis diebus finit;

A

tur;

2. DE CATARRHO.

tur; interdum inveterascit, per menses, imò etiam per annos, producta. Longa distillatio, quippe cùm aetate provectos, prae caeteris, afficiat, a medicis quibusdam *catarrhus senilis* haud ineptè appellatur.

III. Brevis distillatio et longa, licet spe-  
cie aliquantūm differant, at re tamen et na-  
turā conveniunt. Utrisque enim commu-  
nis est muci, supra consuetudinem, fluxus  
ex naribus, faucibus, atque asperā arte-  
riā, itemque hujus ramis quos in pulmones  
diffundit. Veruntamen, cùm longinqui-  
tate multūm differant, illa *catarrhus acu-*  
*tus*, haec *chronicus*, haud ineptè nominari  
possunt.

IV. Utraque interdum (III.) distillatio  
suā prorsū formā existit, et suo tempore  
finitur; at multo tamen saepius brevis  
transit, pòst aliquantò, in longam.

SIGNA.

ut; uterque invenit iuvet et scit, per mentes  
suo etiam debet suos, protinus Tonga  
diffusio, dubbie cum securae protegunt  
**S I G N A.**

magis cæteris medicis a medicis dividuntur

V. Distillatio, sicut alii morbi qui fe-

brem habent, protinus a horroribus incipit,  
quos, post paulo, calor excipit. Oculi si-  
mul, praeter consuetudinem, illachryman-  
tur, et mucus tenuis atque acris distillat de  
naribus.

VI. Post aliquantò, dolet caput; la-  
brum superius, inflammatione captum, do-  
let, tumet, et plus minus exulceratur. In-  
flammatione itidem, ut indicant sternuta-  
mentum frequens et vocis asperitas, capiun-  
tur nares et aspera arteria. Interdum ini-  
tio tussis sicca est, tanquam ex faucium ti-  
tillatione. Appetitus nonnunquam lan-  
guidior est, quam ex consuetudine, non-  
nunquam acrior.

VII. Vesperascente die, corpus calescit. Aeger ex pectore dolet; et inter somnum, jactat membra. Arteriarum ictus duri sunt, et plerumque celeres: astricta modo alvus, modo soluta: subrubra, neque raro parca, urina.

VIII. "Distillat," ait CELSUS, scriptor elegans in primis, "aut humor de capite  
" interdum in nares, quod lene est; inter-  
" dum in fauces, quod pejus est; inter-  
" dum etiam in pulmonem, quod pessi-  
" mum est. Si in nares distillaverit, te-  
" nus per has pircuta profluit, caput leni-  
" ter dolet, gravitas in eo sentitur, fre-  
" quentia sternutamenta sunt. Si in fau-  
" ces, has exasperat, tussiculam movet. Si  
" in pulmonem, praeter sternutamenta et  
" tussim, est etiam capitis gravitas, laffi-  
" tudo, fitis, aestus, biliosa urina \*."

IX.

\* Vid. AUREL. CORNEL. CELS. *De Medicina*. Edit.  
ALMELOVEEN. Lib. iv. Cap. 2.

IX. Haec (v. vili.) signa plerumque, haud longo post tempore, paulatim remittunt. Tussis rarius movetur. Quod extusfiatur, id crassius multo est, et modò albidum, modò subcoeruleum. Quin et, multo facilius ejicitur; et tandem haud difficilius, quam ex consuetudine.

X. Alias autem distillatio non sic (ix.) brevi et optato ad sanitatem pervenit; sed in longam transit, sanatu difficilem, et quae haud raro morte solâ finitur. Quando sic transitur, pituita, quae distillat de aspera arteria, nihilo parciор fit; et, etiamsi interdum haud aegrè extusfiatur, tamen noctu, prae tenacitate quam inter somnum acquirit, ejici nequit, nisi tussi vehemente, qua vires haud raro multum dissipantur. Tandem aeger, prae spirandi difficultate, nequit noctu obdormiscere, et etiam interdiu frequente tussi vehementer concutitur.

XI. Distillationis inveteratione aeger neque cibos, ut solebat sanus, neque potus, appetit. Vertigine simul capitifisque dolore afficitur, neque recreantem potest capere somnum. Arteriae imbecilliter, et non aequis intervallis, moventur. Tandem sic fugiunt vires, ut aeger prorsus nequeat expectorare, atque pituita, quae in pulmones distillaverit eosdemque opplet, extinguitur.

XII. Longa seu inveterata distillatio tardè finitur, per complures aliquando annos producta. Interea, aestate ferme remittit, at, appetente hieme, exasperatur. Verum usque èò plerumque negligitur ab aegro, dum gravis non est. Levibus autem causis gravior redditur, atque, dissipatis corporis viribus, aegros, maximè aetate proiectos, seriùs ociùs absunit.

XIII. In ANGLIA, dum HENRICUS octavus regnum tenebat, distillatio primè, ut a THOMA ELYOTO, equite, viro claro, ut eâ aetate erat, accipimus, frequens esse coepit. "At this present time," ut ait, "in this realm of ENGLAND, there is not any one more annoyance to the health of man's body, than distillation from the head, called *rheums.*" Causae, ex quibus distillationes tunc, quàm quadraginta antè annos, inter ANGLOS frequentius oriebantur, erant, ut putabat, "banquettings after supper, and drinking much, especially wine, a little after sleep, and also covering up the head hot \*."

## DEFI-

\* Vid. AIKIN, *Biographical Memoirs of Medicine.*

## DEFINITIO.

XIV. *Catarrhum* classe *PYREXIARUM*,  
*PROFLUVIORUM* ordine, disposuit *CULLEN-*  
*NUS*, et accuratè definivit his verbis:  
 “ *pyrexia* saepe *contagiosa*; muci, ex glan-  
 “ dulis membranae narium, faucium, vel  
 “ *bronchiorum*, excretio aucta; vel saltem  
 “ *hujus excretionis molimina.*”

XV. Hac definitione, quae praecipua  
 signa circumscriptè complectitur, distilla-  
 tio aliis morbis satìs dignoscitur.

XVI. Quidam auctores hunc morbum  
 fusè prosecuti sunt, imprimis *SCHNEIDE-*  
*RUS*; et haud pauci eo comprehendunt  
 omnes, qualescunque sint, distillationes.

Praecipua

Praecipua harum discrimina includuntur  
his versibus:

**DEFINITIO**  
“Si fluit ad pectus, dicitur rheumā, catarrhus;

“Ad fauces, bronchus; ad nares, esto coryza.”

B

DIAG-

XVII. Cauda canis clavis paraxiaria  
prosternit, ut cibine, dilatavit curva-  
nas, accutis, leviter miseris;  
dilatata recte conformata; tunc, ex gau-  
li, in apertis, hincut, tenacum, vel  
excito nubes; ac si respi-  
ctu[m] exercitio molitur.

XVIII. In spissione, dñe precepit  
quod cibamque ipsius complicitum, diffi-  
cile est morsa tunc dilatatur.

XIX. Cum in auro a fine molitur  
tunc longior tunc imbutus scutis.  
Ras et fons ea i eo cum perpendit  
omnes diligenter tunc dilatatur.  
Precepit

TO DE CATARRHO.

sero ex diuersis omnibus. Namque pse  
cunda est illa bestiolae omnia tanta  
conspicere.

D I A G N O S I S.

XVII. Distillationis nascentis, quaedam  
communia sunt cum *pertussi* incipiente, *ru-  
beola*, et distillatione pestifera quae vulgo *in-  
fluenza* appellatur: inveteratae, cum phthisi  
pulmonum; in quam profecto, praecipue  
autem in iis in quorum corporibus latet  
scrofula, malis haud raro avibus transit.

XVIII. Ab incipiente *pertussi* distilla-  
tionem certò distinguere non possumus:  
sed ab inveterata, certò ac facilè. Invete-  
ratae enim *pertussis*, at non item distilla-  
tionis, propria sunt “tussis convulsiva,  
“ strangulans, et *inspiratio sonora, iterata.*”

XIX. Distillatio a frigore, et distillatio  
pestifera, satè inter se distinguuntur cau-  
sis,

sis, ex quibus oriuntur. Namque haec, contrà atque illa, pestilente oritur tabo, atque longè per populos latèque grassetur. Annis millesimo septingentesimo trigesimo secundo et tertio, totam paulatim EURO-  
PAM, et AMERICAE partem, pervagata est; et totam rursùs BRITANNIAM, anno millesimo septingentesimo octogesimo quinto.

XX. Inter *rubeolam* et distillationem hoc interest, quòd illâ oculi inflammatione capiuntur, et totum corpus lenticulis exasperatur.

XXI. Phthisis incipientis et distillationis tanta profectò, per omnia, similitudo est, ut, utra adsit, medici cognoscere vix possint. Nam initio phthisici tussiculâ siccâ et obscurâ afficiuntur, quam ipsi plerumque neglectam habent, et frigore moveri credunt.

XXII. Erit autem, quamobrem hujusmodi (xxi,) tussiculam nascente phthisi moveri vereamur, si aegro sit non ea modò corporis proprietas, quae scrofulam delitescere prodat, sed etiam collum longum, pectus malè formatum, humeri gibbi, et temperamentum sanguineum,

XXIII. In phthisi, porrò, major vis febris est: spiritus, potissimum mane, difficilis fit: pectus dolet: pus tandem excreatur; et supervenit *hectica*, signum sanè phthisis haudquaquam ambiguum.

XXIV. *Hectica* bis, singulis diebus, repetit, meridie scilicet et vespere. Vespertina accessio octavâ propè horâ accedit, et ad medium usque ingravescit noctem, ubi paulatim remittit. Accessus meridianus gravior, ut quidam putant, redditur, si, eo appropinquante, qui prandium assumpserint.

At,

At, accessum esse febris naturae potius attribuendum, quam prandio adhibito, CUL-  
LINO placet, cui, hac de re, plerique nunc assentiuntur.

XXV. Inter utrasque (xxiv.) accessio-  
nes, tussicula molesta est, inexplebilis fere  
fatis, et lingua fordida. In oculis quae ru-  
bra esse debent, albescunt. Noctu infudat  
corpus, maximè caput et collum.

XXVI. His (xxii.—xxv.) cognitis et ani-  
madversis, non erit, quare de morbo medici  
diutiùs dubitent. Sed, cùm haud raro, pus  
fit, an mucus, id, quod extussitur, dubium sit,  
hic loci, quoniam res offert, haud a re nos-  
tra erit, paucis obiter differere, quibus inter  
se notis haec a DARVINO distinguantur.

XXVII. i. Cùm pus tum mucus, ut peri-

culo

culo compertus est hic auctor, at illud  
multo aegriūs, *acido sulphurico* solvitur.

2. Aquâ utriusque (xxvii. 1.) soluto su-  
permisâ, pus pariter et mucus ab acido repu-  
diantur: sed pus, vase quiescente, in imum  
defertur, vase agitato, liquorem aequaliter  
totum turbidum facit; dum, contrà, mu-  
cuscus quiescenti liquori supernat, commoto  
innat in flocculos disceptus.

3. In acido *sulphurico* aquâ diluto, nec-  
non in ipsa aqua, et sale marino soluto, pus  
sic colliquescit, ut unitas fiat; non item  
mucus.

4. Acido *nitroso* pus et mucus juxta sol-  
vuntur: sed, aquâ affusâ, pus praeceps da-  
tur, et liquor superjacens perlucidus fit et  
viridis; dum liquor, quo mucus solvitur,  
turpiculus colore fit, et luci impervius.

5. *Aqua lixivia caustica* mucum, at non-nunquam aegrè, liquat, et plerumque itidem pus: sed, aquâ simplice adjectâ, pus ab aqua caustica repudiatur, et in imum deferatur; mucus non item.

16. *Aqua lixivia caustica*, etiam cùm pus non dissolvit, a muco tamen distinguit; quippe quia obstat, quò minùs in aqua simplice uniter colliquecat.

17. *Hydrargyrus muriatus mitis* mucum, at non pus item, cogit \*.

## CAUSAE

\* Vid. DARVIN. *On the criterion between purulent and mucaginous matter,*

## CAUSAE REMOTAE.

XXVIII. 1. Causa remota, ex qua ori-  
tur distillatio, plerumque admotum sum-  
mo corpori frigus est. Sic admotum fri-  
gus, si modò halitum cutis supprimat,  
committit, ut, quod cute, ex consuetudine,  
exhaletur, id in mucosam partium, quas dis-  
tillatio afficit, membranam derivetur; et sic  
hunc, forsan, morbum gignit.

2. Namque, cùm humores corporis quo-  
tidie pulmonum pariter et summae cutis ex-  
halatione partim dissipentur; probabile est,  
has exhalationes communitate muneris fun-  
gi, et, qua ratione ea summae cutis mi-  
nuitur, eâdem augeri eam pulmonum.

3. Hoc (xxviii. 2.) concessso, possumus  
animo

animo comprehendere, qua ratione cutis halitus, frigore suppressus vel magnopere minutus, efficiat, ut humores a summo corpore in pulmones repellantur, et repulsi distillationem concitent.

XXIX. Utrum, exhalatione cutis suppressâ, distillatio oriatur ex solo humorum a summo corpore in pulmones repulsi; an partim etiam ex materia, quam excernere cutis folet, in mucosas pulmonum, asperae arteriae, et narium glandulas derivatâ easque irritante, nondum satîs constat. Ex utrisque simul oriri, verisimile putet CULLENUS \*.

XXX. Frigus tunc plurimum, ad distillationem concitandam, valet, cum, una cum humore, calefacto utcunque corpori ejusve parti subito admovetur. Hinc fit, ut

C

aura

\* Vid. CULLEN. *First Lines*, M, LX.

aura frigida et humida, calefacto corpori ejusve parti aspirans, distillationem saepe concitat. Rarissimè tamen, ex frigefacto sic toto corpore ejusve parte, aliquis statim detrimentum capit. Plerumque non, ante secundum tertiumve post diem, quam sic frigori objectus est, male se habere incipit, et in memoriam causam revocare, ad quam prima morbi, quo implicatur, accessio referenda est.

XXXI. Quanquam autem ex calido subito frigescere, vel etiam ex frigido subito calefcere, saepe distillationem concitat; tamen appareat, certos intra fines, neque hos quidem angustos, animalia, quae secundâ valetudine fruuntur, ex transitu a calidiore temperie in frigidorem nullum omnino detrimentum capere. Et, profectò, nobis vero haud absimile videtur, quemlibet hominum subito in frigidorem temperiem transfire

transire incolumem posse a calidiore, quae, contrariâ transitione, ad inflammationem concitandam satîs valeret.

XXXII. Mirum, ait LINNÆUS, ferme supra quâm credibile, est, ardenter LAPONICUM sibi nivem impunè infricare, vel etiam nive se volutare, imò aquam nivatam bibere. Singulis, porrò, ferè diebus, equos sudore manantes videmus aquâ frigidâ perfundi sine detimento. Quinetiam, equos, qui noctu stabulari assueverunt, extecto, pro una duntaxat hiemis nocte, emititi conspicamur, neque eo tamen magis tussi aut distillatione affici.

XXXIII. Sed, in transitu, hanc (xxxii.  
et xxxiii.) rem satîs, pro magnitudine, fusè agitare non possumus; non solùm quia nos ab incepto longius traheret, sed etiam quia res verae, quot experimentum appro-

baverit,

baverit, ad satis illustrandam non valent.  
Dignissima autem est, quae futuris in homi-  
nes et viliores animantes experimentis il-  
lustretur et augeatur.

XXXIV. Qui periculis *chymicis* facien-  
dis versantur, ii haud rarò distillatione af-  
ficiuntur ex manibus, in frigidam recepta-  
culi aquam diu immersis, dum officina ve-  
hementiùs ardet. *Chymici* tamen hunc mor-  
bum vitare possunt, si modò, aquâ calidâ  
infusâ, frigidam receptaculi calefaciant. Ra-  
tio, qua manus in aquam frigidam immer-  
ſae, dum vehementiùs calet caeterum cor-  
pus, distillationem concitant, eadem vide-  
tur, quam suprà (xxviii.—xxx.) memo-  
ravimus.

CAUSA

## CAUSA PROXIMA.

XXXV. Ex indiciis distillationis et causis remotis perspicuum est, ut plerique nunc putant, causam proximam esse majorem, quam ex consuetudine, humorum fluxum in membranam, quae internis naribus, faucibus, animaeque canali obducitur, quamque medici *mucosam* appellant; dum simul hae partes levi inflammatione capiuntur.

XXXVI. Ob has (xxxv.) causas, mucus narium non solum copiosior est, quam ex consuetudine, sed etiam acrior. SIMPSON primus omnium, quantum scimus, hanc rem luculenter, et accommodatè ad verum, exposuit; atque opinionem eorum evertit, qui distillationem juxta ac omnes hominum morbos ex quodam humorum, qui propri-

is etiamnum vasis continentur, vitio explicare aggrediuntur.

XXXVII. Frigus, ut huic auctori placet, aliisque qui eum sequuntur, sanguine a summo corpore averso, et levi partium, in quibus consistit distillatio, inflammatione concitatâ, efficit, ut ex his partibus mucus solito uberiùs secernatur, et ideo, supra consuetudinem, tenuis sit et acris. Postea verò quam, sive naturâ renitente, sive succurrente medicinâ, sanguis in corpus aequaliter totum denuo distributus sit, et halitus summae cutis elicitus; partium earundem inflammatio conquiescit, acrior hebescit sensus, atque, quod illinc excernitur, id parcius, ut antea, est et mitius.

## PROPHYLAXIS.

XXXVIII. Oportet eum, qui distillationem vult arcere, causas, quae huic occasionem praebent, vitare; vestitu calido providere, ne ex frigore detrimentum capiat; atque nec calidis conclavibus nec tepidis potionibus, quippe quae corpus aptum reddant quod facilè irritetur, sibi indulgere.

XXXIX. Quinetiam, ne distillationi opportuni sint, homines debent se, omni tempestate, sub dio quotidie exercitare. Nam, a primis temporibus, quibus res hominum gestae memoriae aut literis proditae sunt, mos fuit hominibus imbecillis, corpora firmare frigoribus se perseveranter objec-  
tando. Et, profectò, omnibus constat, eos, qui maximâ curâ provident, ne ex frigore  
quid

quid mali accipient, aptissimos esse, qui morbis hinc orientibus corripiantur; dum ii, qui, securi pro salute, frigoribus vicissimque caloribus se temerè objiciunt, hujusmodi morbis rariùs implicantur.

XL. Satius, ut quidam putant, incolis nostrae insulae esset, si frigoris tanta vis esset tamque diurna, ut iis imponeret necessitudinem calidis vestimentis praecavendi, ne eo male afficerentur. Lintea, sicut plerique nostratum solent, cutem proximè habere, plus utique obest saluti, quam sensui jucundum est. Nam nulla ferme cutis tam tenera est, quin brevi laneis assuefcat; neque, profectò, ab his plus obstatur, quam a linteis, quo homines munditiarum minus curiosi sint.

XLI. Cùm optimè providetur tum facilime, ne ex varietate coeli et tempestatis

mor-

mortales detrimentum capiant, usu vestimentorum, per quae calor ex corpore tardius emanat. Lanea, ob hanc proprietatem, et etiam quod humida sensui minùs, quam linteal, injucunda sunt, vel linteo indufio, vel, quod adhuc melius est, ipsi cuti proxima habere, BRITANNOS, et quotquot coelum mutabile incolunt, omni tempestate oportet. Quos ne unum quidem indufium laneum satis contra frigus muniatur, si se hieme, vere, et primâ etiam aestate, duabus vestiant.

XLII. Porrò, ne ex frigore distillationem aliudve quodvis malum capiamus, utilissimum erit, in frigidarium quotidie descendere, vel aquâ frigidâ affusâ perfundi. Denique, eodem confilio, animum honestis jucundisque negotiis occupare oportet \*.

D

PROG-

\* Vid. GREGOR. *Elements of the Practice of Physic.*

## PROGNOSIS.

XLIII. Distillatio plerumque neque vehementis morbus est, neque longus, neque periculosus; sed qui, paucos post dies, sine medicamentis ad sanitatem pervenit. Optatum hujusmodi deceffum portendunt appetitus rediens; febris et inflammationis signa ferè nulla; spiritus naturalis; mucus, qui extussitur, tenax et copiosus.

XLIV. Verùm non tamen omnibus, sicututò a distillatione evadere, permittitur. Qui enim pulmonibus imbecilles sint; qui naturâ phthisici; postremò, quibus pectus malè conformatum: his omnibus periculosa, praecipuè ab anno duodevigefimo usque ad annum quintum et trigesimum, omnis distillatio est.

XLV. 1. Signa futuri periculi ex distillatione, sunt appetitus languidus, febris acuta, dolor pectoris, sputum parcum et tenuis. Distillatio enim, quae his signis manifestatur, haud raro in pulmonum inflammationem transit.

2. Aliquando etiam, in illiusmodi (XLIV.) hominibus, una cum distillatione adest leviuscula *synanche tonsillaris*; quae, distillatione frigore exasperata, ingravescit, atque, praetussi quam moveat, haud leve affert periculum.

XLVI. Nonnunquam distillatio subito, et, de improviso, finitur; fero, uti videtur, in ramos canalis animae, qui se in pulmones distribuunt, effuso. Alias, praeterea plenitude, quam facit, arteriarum, per quas in pulmones sanguis diffunditur, accidit sputum sanguinis,

sanguinis, quod ferme nunquam sine periculo est.

XLVII. Denique, in phthisicorum pulmonibus, distillatio vel tuberculis occasio-  
nem dare potest, vel committere, ut tuber-  
cula, quae jam insint, inflammationem ca-  
piant, et inflammationi phthisis superveni-  
at \*.

## CURATIO.

\* Vid. CULLEN. *First Lines.*

## CURATIO.

XLVIII. Diximus de caeteris rei nostrae partibus: nunc transeundum est ad curationem; quam, quippe cum utilissima omnium sit, fusiùs persequi nobis in animo est.

XLIX. Quò distillationem ad sanitatem perducamus, utile erit, primùm inflammationem et febrem discutere; dein, sanguinem ex membrana narium, faucium, atque asperae arteriae ejusque ramorum, derivare, et cutis halitum elicere; postremò, providere, ut hae partes acri muco minùs irritentur.

CON-

## C O N S I L I U M P R I M U M .

L. Inflammatio et febris, si leves sint, discuti possunt frigus vitando; a carnibus et liquoribus fermentatis, per paucos dies, abstinentendo; et haud scio annon etiam lectum interim tenendo: simulque multo usu liquorum, qui suâpte naturâ admisitifve acidis refrigerant, et diluunt, et corpus minùs aptum, quod irritetur, reddunt; aqua, velut, decocta vel ex amylo, vel hordeo, vel pomis, vel seminibus lini, vel aqua ex tosto pane, quam jucundè acidam succus citreorum vel *tamarindorum* reddiderit.

LI. Ad discutiendam, porrò, inflammationem, multùm fanè pollebit, vaporess aquae tepidae, apti instrumenti ope, inhalare; cutis halitum medicamentis, ex iis quac

quae non calefaciunt corpus, elicere; mitioribus laxantibus, praecipue *salibus neutrīs*, alvum emollire. His factis, oportet convalescentem neque pleno nedum pluvioso Jovi corpus praematurè aut incautè objecere \*.

LII. Si aér coeli tuffissim violentam movet, oportebit convalescentem domi se aliquanto diutiùs tenere, dum pulmones se fatìs confirmaverint. Aliter autem non, nisi febris haudum decefferit, opus erit domi manere.

LIII. 1. Pedes aquâ, quae paulo tepidior novo lacte est, vel simplice, vel in qua furfur est, horâ somni lavare, utpote quod efficiat, ut sanguis in corpus aequaliter totum per arterias distribuatur, et summa cutis halitum emittat, tam ad inflammationem quàm febrem discutiendam utile est. Hoc autem facto,

\* Vid. CULLEN. *First Lines*, § M,VII.

facto, multâ curâ providere opus est, ne protinus ex frigore aeger denuo detrimentum capiat. Hoc ne accidat, pedes propteranter siccandi sunt, et laneis siccis calidisque involvendi; deinde calido lecto siccoque imponendus aeger.

2. Aqua, qua lavantur pedes, si supra modum calida sit, motum sanguinis concitando nocet; contrà, si frigida, prodeesse non potest.

LIV. Qui calidas potiones adhibituri sunt, ut cutis exhalationem moveant, ii, ne, post devoratas, malum ex frigore accipiant, priùs in lecto esse debent, quàm devorant, vel saltem, vestimentis positis, in eo esse, ut discumbant; quippe enim, ni ita sint, fudor, quem potiones tepidae plerumque movent, haud rarò antè supprimetur, quàm discumbi poterit. Deinde, quò ad spem respondeant

respondeant assumptae, aegri aliquando  
lecto conquiescant opus est \*.

LV. Distillatio raro forsitan cuiquam periculo effet, aut aegrè curaretur, si protinus ab initio adversae valetudinis potulenta assumeret, quae corpus refrigerarent; vino potulentisque omnibus meracioribus abstineret; simulque cibo ex materia infirma uteretur. Nam tali abstinentiae et vietūs ratione calor narium, difficultas spirandi, tussicula ferme continua, caeteraque signa pejoris distillationis, nonnunquam brevi profus evanuerunt.

LVI. Incipienti aut increcenti distillationi calefacentibus subvenire, ut, apud vulgus hominum, haud ita pridem mos invalebat, et haud scio annon etiamnum in-

E valeat,

\* Vid. HAYES, *Serious Address on Coughs and Colds*, edit. tert.

valeat, haud minùs aegro nocivum est, quām contra *variolas*, ut quondam vel medici solebant, calefacientibus pugnare. Potus enim calidi et meraciores, conclavia calida, magna vis vestimentorum, sanè non possunt, quin utrumque juxtā morbum exasperent. Imò forsan *Mudgianus* etiam *inhalator*, eandem ob rem, circumcidendus est: ut cunque enim distillationem senilem levet, inflammationem tamen, quam initio habet distillatio communis, haud dubiè graviorem reddit \*.

LVII. Ratio, suprà (lv.) dicta, quae in distillationem refrigerantibus et abstinentiâ pugnat, potissimùm robustis convenit, neque etiam iis modum transfire debet. Coena quidem protinus ante somnum, ex toto, circumcidenda est. Imbecillis tamen, vel initio

\* Vid. BEDDOES, *Guide to Self-preservation, and on Catarrh.*

initio hujus morbi, valentiore cibo atque meraciore aliquanto potu sibi, intra modum, indulgere liceat.

LVIII. 1. Quòd si, et illâ (lv.) ratione, febris et caetera signa non dimitunt, non solum in abstinentia et refrigerantium usu perseverandum est, sed etiam aliis quibusdam remediis subveniendum. Oportebit, primo quoque tempore, sanguinem semel iterumque detrahere, ad quantitatem, quam vis morbi desideret, et vires aegri pati sine detimento possint.

2. Distillatio gravis rarò antè levatur, quàm sanguis missus fuerit. Cùm ita sit, maturè misso opus est; eoque magis, si, ex spirandi difficultate atque dolore pectoris, sit, quòd vereamur, ne inflammatio superveniat. Sanguine enim opportunè, neque ultra modum, detracto, ideoque relaxatis

extremis

extremis arteriis, denuo halitum emittit summa cutis, atque conquiescit vel levatur pectoris inflammatio.

3. Quoniam verò sanguine effusius emisso corpus usque eò debilitatur, ut hinc aeger haud leve detrimentum capiat; oportet medicum cavere, ne mittatur ultra quam aegri vires patiantur, et ratio morbi requirat \*.

C O N-

\* Vid. GARDINER. *On the Animal Economy*, pag. 162.

## C O N S I L I U M   S E C U N D U M .

LIX. Postquam, venâ referatâ, sanguis a reconditis partibus in summum aequaliter corpus derivatus sit, et sic plenitudo vasorum narium, faucium, et asperae arteriae minuta; optimum factu est, vomitione et aliis idoneis efficere, ut mucus expectoretur.

LX. Hoc (LIX.) consilio, praeter vomitoria, utilia sunt medicamenta, ex iis quae cutis halitum eliciunt; utpote quae, sanguinem in summum corpus evocando, faciant, ut vasa partium, in quibus consistit distillatio, aliqua ex parte, depleantur et relaxentur. Calefacientia tamen medicamenta, qualiaque sudorem moveant, circumcidenda sunt. Ex illo genere optima sunt, serum lactis fervidi infuso vino coagulati;

*aqua*

*aqua ammoniae acetatae*; aqua, in qua fervidâ maceratum *sagum* est; *sales neutri*, praecipue nitrum: quorum unum aliudve oportet aegrum subinde assumere. Eundem in finem, pedes aquâ calidâ lavare, remedium sanè haud aspernandum est.

LXI. Quòd si dolent humeri, cervix, brachia, aliaeque quaelibet partes externae, potiùs pulvere *ippecacuanæ* composito subveniendum est; cuius grana quinque decemve, secundâ quaque horâ, assumenda, dum sudor eruperit; ad quod sanè efficiendum, rarò drachmae dimidio opus est \*.

LXII. Utcunque necessarium sit, ad cavyendam distillationem, frigoribus corpora objectare, tamen caveant, ne objectent, distillatione jam affecti.

LXIII.

\* Vid. GARDINER. ibid.

LXIII. Quando est, quamobrem pulmones inflammatione haud mediocri capi credamus, oportet quamprimum alterutri lateri exulceratoria imponere \*. Neque enim ulla medicamenta, ad inflammationem internarum partium discutiendam, plūs pollent.

LXIV. 1. Praeter medicamenta et remedia, quae (LX.—LXIII.) memoravimus, solent medici distillationi opitulari medicamentis; quae, prae facultate, qua putantur caeteris praepollere, efficiendi, ut ex pectore humores excreti faciliū extuffiantur, *expectorantia* appellata sunt.

2. Haud equidem ignoramus, magnum inter medicos certamen fuisse, sintne utique medicamenta, prae caeteris digna quae sic (LXIV. 1.) nominentur. Quanquam autem, hac de re, in contrarias partes dis-

putatum

\* Vid. CULLEN. *First Lines.*

putatum est, tamen nihil satis firmi vide-  
mus, quod minùs verisimile opinemur, me-  
dicamenta, per vasa bibula in sanguinem ir-  
requietum delata, vasa seu secernentia seu  
excernentia pulmonum afficere; quam glan-  
dulas, quibus saliva et urina secernuntur,  
quas multis utique medicamentis, unà cum  
sanguine ad eas delatis, mirum in modum  
affici, experientia constat. Vasa, enimve-  
ro, pulmonum itidem delatis ad ea medica-  
mentis affici, potest ex observatis cogi.

3. Medicamenta ad *expectorantium* ge-  
nus pertinentia, quae plurimum posse ex-  
istimantur, sunt gummis *ammoniaca*, afa foe-  
tida, *alcale volatile*, *allium*, *benzoinum*, *squil-  
lae*; quae omnia committere, ut mucum  
solutius cùm secernant pulmones, tum ex-  
cernant, quidam e medicis opinati sunt.  
Sed, uti videtur, non ita multum pollent:  
atque squillae, sicubi prosint, haud scimus,  
vomitumne

vomitumne an muci ex pectore sputum movendo, magis proficiant.

LXV. Vomitoria item medicamenta iis distillatione laborantibus multùm opitulantur: praeterquam enim quòd sanguinem in sumnum corpus evocant, et cutis halitum, licet tantummodo paulisper, eliciunt; faciunt haud rarò, mirum in modum, ut ex fistulis pulmonum mucus effusius expectoretur; et sic tussim levant et spirandi difficultatem, quibus hoc morbo impliciti plurimùm vexantur \*.

F C O N S I-

\* Vid. CULLEN. *First Lines.* § M, VIII.

DUNCAN. *Medical Cases.* Artic. V.

et ipsa appelleant pavidie illius sunt non sed sine  
opere sordidae videruntur, sed cum obso-

## C O N S I L I U M T E R T I U M.

LXVI. Duabus tripartitae (XLIX.) cu-  
rationis partibus absolutis, nunc tantum  
restat, ut tertiam persequamur; in qua  
considerandum est, quibus medicamentis  
provideri possit, quo acri muco nares, fau-  
ces, atque canalis animae ejusque rami, mi-  
nus irritentur.

LXVII. Hoc (LXVI.) consilio, optimâ  
sunt medicamenta, ex iis, quae, medicorum  
linguâ, *demulcentia* nominantur. Hoc ge-  
nius non videtur acres viarum humores in-  
mitiores convertere, sed tantummodo eos sic  
involvere miti et lento liquore, ut membra-  
nas viarum teneras et acri sensu praeditas  
minus irritent. Hujusmodi medicamenta,  
si subinde assumantur, et adeò lentè, ut fau-

cibus adhaereant hasque illinant, non sedant  
modò tussim, sed aliquandiu quoque ob-  
stant, ne redeat\*.

LXVIII.) Hoc (LXVII.) genere compre-  
henduntur aqua, in qua tragacanthum vel  
gummi ARABICUM solutum sit; aqua cocta  
ex hordeo; *sago*; aqua, in qua fervidâ se-  
men lini et althaea macerata sint; olea, ex  
iis quae a terra stirpibus continentur, expres-  
sa; aqua, in qua fervidâ satyrii radix solu-  
ta sit; spermaceti: quibus accedant fac-  
charum, mel, glycyrrhizon, et siqua similia.

LXIX. Quanquam ab omnibus, quos  
distillatio vexaverit, conceditur, devoratis  
medicamentis modò (LXVIII.) dictis tussim  
cùm rariore in tum leviorum fieri; tamen  
ex argumentis, quae adduxit recens auctor,  
dubium videtur, acris, necne, ex pulmoni-

\* *Vid. CULLEN. Mater. Medic.*

bus halitus vaporē hanc imoveat; cūm  
praesertim hic halitus haud acrior sit, quām  
ipsa medicamenta, quae modō memoravi-  
mus.

LXX. Verūm omnēs tamen hūmores,  
autcunque mites, veluti mucus, pūs, sanguis,  
ex vasis pulmonum in eorundem fistulas  
effusi, tussim movent. Extranea item, imò  
medicamenta ipsa mucosa, si, lingulā non  
obstante, in asperam arteriam incident, dicto  
citiū efficiunt, ut gravi molimine per os  
aut nares extussiantur.

LXXI. Pulmones, spirandi officinae,  
spongiis assimiles, naturā molles sunt, ut at-  
trahant ac reddant animam; et iis, porrò,  
acris adeò sensus est, ut alio, quām animae  
contactu, graviter irritentur. Hoc quidem  
facit vel mucus, qui in eorum fistulas ex-  
cernitur, quandocunque copiosior est, quām  
VIXXI qui

qui sit, ad has fatis humectandas, necessaria  
ritus. *Præterea in his pulmonibus prædictis  
medicamentis, dñe memoriavi.*

LXXII. Quandocunque pulmones aliquà irritantur, irritatio, id sanè quod mirum est, semper ad glottidem sentitur. *Sensus siigitur alicujus tanquam glottidem irritantis ante tussim, non efficitur acri quovis halitus hanc partem irritante, sed aliqua re offendente pulmones; quorum utique sensus molestus, propter quandam nervorum communitatem, nondum bene intellectam, ad glottidem potius refertur, quam ad partem in qua concitatur.*

LXXIII. Si ita (LXIX-LXXII.) est, sequitur, medicamenta suprà (LXVIII.) memorata haudquaque tussim sedare, glottidem illinendo sic, ut acri ex pulmonibus vapore minus irritetur. *Certum, duanglecumque copioferet, dñe imp*

LXXIV.

LXXIV. Hoc verò (LXXIII.) concessio,  
quo, quaeritur, modo *demulcentia* medica-  
menta tussim levant? Sensum, responde-  
mus, ab irritatione glottidis diversum mo-  
vendo. Nam, quamdiu aliquis mucosa vel  
oleosa pitifiat, eorum sapore plerumque gus-  
tus sic voluptate perfunditur, ut levi irrita-  
tione asperae arteriae parùm afficiatur.

Quòd si irritatio intenditur, tussis rursus  
movetur: haec enim medicamenta tussim  
non, ex toto, sedant, sed tantùm minus fre-  
quentem reddunt; et, profectò, neutiquam q  
constat, an contra eam plus possint, quām  
fal, aliave quae saporem aequè movent.  
His autem propterea anteferuntur, quòd  
jucundiora gustatu sunt, simulque salutari-  
ora.

LXXV. Mucosa et oleosa medicamenta  
hoc sanè (LXXIV.) modo tussi opitulari, eò  
constat, quòd, qui tussi vehementissimè vex-  
antur,

antur, si, dum cibum assument, plerumque  
tussiendi requiete fruuntur.

LXXVI. Postremo, ne plura, non vide-  
tur esse, quamobrem, ulla medicamenta acri-  
moniam obtundendi facultatem possidere, et  
ideo digna esse quae appellantur *demulcen-  
tia*, opinemur \*.

LXXVII. Quando nihil ferme febris  
aut inflammationis est, et medicamenta su-  
prà (LXXVI.) dicta non ad spem responde-  
runt; tunc irritationi, quam movet acris mu-  
cus, opio subvenire oportet.

LXXVIII. Hunc in finem, opium, una  
cum glycyrrhizo, potest commodissime con-  
formari in pastillos, quorum partes consti-  
tuentes eandem inter se rationem habent,

\* Vid. Moor. *Essay on the Materia Medica.*

quae partibus constituentibus trochisorum  
glycyrrhizi cum opio, quos praescribit *phar-*  
*macopoeia Edinensis*, intercedit.

**LXXIX.** Hujusmodi (LXXVIII.) pastil-  
lorum pauciores pluresve devorandi sunt,  
pro vi tuffis et aetate aegri. Adultis per-  
mittatur, ut, spatio viginti quatuor horarum,  
tot devorent, quot in se unum opii granum  
cum dimidio contineant ; junioribus autem,  
ut pauciores, pro aetate.

**LXXX.** Postquam inflammatio juxta ac  
febris prorsus ferme conquierint, utilissi-  
mum erit gestationes diligenter adhiberi ; ut-  
pote quibus reliquiae distillationis, si quae  
sint, optimè dissipentur.

днре бытия соединение точливости  
глубокости сию окою, днре быстрыи быстри-  
мости. А въсѧко и интереси

лишъ (мнжъ) и въсѧко жижъ

---

---

зѣлъ сиубъ. Ихъ сиубъ за зѣлъ въ

*DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS,*

зѣлъ ико тунъ въ зѣлъ зѣлъ

**D E**

зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ

**L U C E,**

Q U A M

зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ

*EX CHYMIA ACCEPIT MEDICINA.*

зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ

зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ зѣлъ

**С И М Ъ**

DISTRIBUTED METHOD INSTRUCTION

EDUCATIONAL

649

EX CHINESE ACCORDING MEDICAL

